

**Dissertatio medica inauguralis de opio liberius in medicina adhibendo /
[Kaspar Heinrich Oberlin].**

Contributors

Oberlin, Kaspar Heinrich.
Université de Strasbourg.

Publication/Creation

Argentorati : Typis haeredum Pauschingerianorum, [1752]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ckmjdbwf>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

38998/P

72995 N. 9

B. C. D.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
DE
OPIO LIBERIUS
IN MEDICINA
ADHIBENDO

QVAM
CONSENTIENTE

GRATIOSA FACVLTATE
MEDICA ARGENTORATENSI

PRO LICENTIA

SUMMOS IN MEDICINA HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE OBTINENDI

SOLENNI MEDICORUM EXAMINI SUBJICIT

CASPARUS HENRICUS
OBERLIN

HAGENOENSIS.

AD DIEM XXII AUGUSTI A. O. R MDCCCLII.

H. L. Q. S.

ARGENTORATI
Typis HÆREDUM PAUSCHINGERIANORUM.

VIRO
PERILLVSTRI GENEROSISSIMO
ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
JOHANNI PHILIPPO
ANTOINE
DE COINTOUX
REGIÆ CIVITATIS HAGENOENSIS
PRÆTORI REGIO
UNDIQUAQUE SPLENDIDISSIMO
NEC NON
VIRIS
NOBILISSIMIS CONSULTISSIMIS
AC DOCTISSIMIS DOMINIS
D. GUSTAVO LEOPOLDO
DE WIMPFFEN
D. GEORGIO JOSEPHO
HOFFMANN
D. FRANC. IGN. PERREAUD
D. ANTONIO STEPHANO
DE COLOMMÉ
EJUSDEM CIVITATIS CONSULIBUS
GRAVISSIMIS

D. FRANCISCO GEORGIO
ROTHJACOB

SYNDICO DIGNISSIMO

D. LEOPOLD. IGNAT. OBERLIN

D. FRANCISCO ANTONIO
DORSNER

D. FRANCISC. IGNAT. SCHWEND

D. FRANCISC. IGNAT. GUEHL

D. FRANCISC. JOSEPH. KESTLER

D. JOSEPHO DOMINICO
POINSIGNON

D. GEORGIO JOSEPHO BARTH

SENATORIBUS MERITISSIMIS

PATRIÆ PATRIBUS

MÆCENATIBUS

ATQUE PATRONIS SUIS

OPTIMIS MAXIMIS

HOC MEDICORUM STUDIORUM SPECIMEN INAUGURALE

IN DEBITÆ REVERENTIÆ ET DEVOTIONIS TESTIMONIUM


ULTERIOREMQUE SUI COMMENDATIONEM

EA QUA PAR EST ANIMI SUBMISSIONE

D. D. D.

TANTORUM NOMINUM

HUMILLIMUS CULTOR ET CLIENS
CASPARUS HENRICUS OBERLIN
HAGENOENSIS,




PRÆFATIO.



Uod herculei gravesque, qui corpora humana infestant morbi, heroicis solummodo & validis auxiliis, non vero blandis lentisque remediis, domari possint, theoriæ & praxi Medicæ maximopere consentaneum est. Medici ideo inflammations, febres, hæmorrhagias, veneris damna, convulsiones, dolores, venæ sectionibus, emeticis, purgantibus, ♀ialibus, vesicantibus, opiatris denique audacter aggredi & feliciter debellare solent. Non tamen omnium medentium idem circa generosorum & efficacium horum remediorum administrationem sensus, idemque animus existit. Multi quippe, solida quamvis theoria instruti, nimio tamen metu eo usque tenentur, ut grandia hæcce remedia in nominatis desperatis affectibus administrare nunquam audeant, imo temerariorum potius Medicorum notam illis, qui eadem in usum trahunt, inurant. Inconsideratum medicamentorum allegatorum usum gravissimas noxas in corporibus inducere posse, neutiquam quidem infitiamur, quin intempestive & incongrue adhibita, eadem plus obesse, quam prodesse, lubentes concedimus; moderatam tamen & tempestivam eorum applicationem, egregiam in gravibus morbis opem, quam frustra ab illis aliis expectaveris, præstare, imo sacram quasi ancoram esse, confidenter asserimus. Opium præcipue & pharmaca inde parata crebris talibus contradicentium fluctibus à Medicinæ dogmaticæ natalitiis ad nostra usque

usque tempora perpetuo agitatum fuisse, annales & libros evolventibus innotescet. Scientiæ parens HIPPOCRATES semel solummodo, in quantum novimus, papaveris succo, & quidem ad uterum, in malo hysterico, ad locum suum reducendum, usus est, uti ex L. II. N. 79. de *morbis mul.* videre est. GALENUS de *Compos. Pharmac. sec. locos L. II. & Metb. Med. L. XII. C. 8.* aliisque in locis, huic remedio admodum diffisus, & atro carbone hinc inde illud notare fere nunquam cunctatus est. DIOSCORIDES tamen de *Med. Mat. L. IV. C. 65.* mitius de eo sentire, & de meliore nota illud iterum commendare cepit. Et sic ab insequentium seculorum Medicis, modo ad cœlum usque evectum, modo ad orcum usque detrusum sæpiissime opium fuit, ac nostro ævo adhuc similia fata experitur. Quicunque vero illud adhibere ausi sunt, correctionibus & præparationibus variis prius illud exercere tentareque, vixque ad alias casus, quam ad dolores fistendos, soporemque conciliandum adhibere, multique nonnisi trepidante calamo & vacillantibus litteris idem præscribere soliti sunt. Meam, quam in animo foveo, sententiam, quod attinet, opium liberius in Medicina adhibendum, atque verum dolorum, anxietatum, luctuum & malorum nepenthes esse, si cauta manu propinatur, arbitror. Hoc consentiente GRATIOSA FACULTATE MEDICA, ut studiorum Medicorum specimen inaugurale edam, pro tenui ingenii modulo, aspirante DIVINO NUMINE, probare conabor. Tu vero B. L. dum opio utendum esse suadeo, si principia ipsius, si tutissima ejus præparata, si illius in morbis operandi modum, si morbos in quibus, si denique cautelas, sub quibus idem adhibendum sit, tradidero, temerarii Medici nomen mihi non applicabis, si vero, quod tanta opii fiducia teneas, Doctoris opiatæ titulo, quemadmodum DE LE BOE SYLVIO olim contigit, me notare voles, nec tibi succensebo, nec dolorem opio levabo.



§. I.

A remotissimis jam seculis, vel ex papaveris sativi, tam nigri, quam potissimum albi, contusis decoctisve capitibus & foliis expressus, vel ex capitibus solis, maturitati propinquis, cultro sauciatis extillans, concretus, induratus succus, collectus, ex fulvo nigricans, ponderosus, odoris graveolentis, virosi, saporis amari, acris, Opium vocant, apud Orientales in Thebaica regione, Ægypto, Cilicia, Cappadocia, Natolia & Persia, tumque apud Indos in Bengalensi tractu, prostat. Quæ ob capita vulnerata profluebat lacryma, cum Græcis vox ὄπιος succum significet, ὄπιον, quasi succus per excellentiam, appellabatur. Et hoc modo hodie adhuc Persas in opii collectione procedere, KÆMPFERUS *Amœn. exot. Fusc.* III. p. 642. testis fide dignissimus est. Veteres vero præter purius hoc, ex effluente & concreto succo obtinutum opium, ignobilius, ipsoque multo ignavius, ex integræ plantæ expressione aut decoctione parare solitos fuisse, DIOSCORIDES *de Med. Mat.* L. IV. C. 65. & PLINIUS *Hist. Nat.* L. XX. C. 18. auctor est, quod Meconium, id est μικαρος ὄπιον, sive papaveris succum, nominaverunt, optimam vero papaveris lacrymam opium Thebaicum salutaverunt.

§. II.

Succi hujus pretium & essentiam verus medicamentorum lapis lydius, Chymia, optime nobis manifestabit. PETR. SEVERINUS jam in *Idea Medic. Philos.* p. 71. in opio substantiarum facta separatione, Λ vel οοsum quippiam deprehendisse, & eadem separatione, anatomia, analysi, in opio Θ quoddam diaphoreticum deprehendisse fatetur. Et Philosophus per ignem HELMONTIUS *Duumvirat.* §. 9. in opio Θem acrem iudoriferum & amarum οο invenit. WEDE-

WEDELIUS in *Opiolog.* L. I. S. I. C. 9. opium per \textcircled{O} vitream per sex arena destillando 1. phlegma. 2. $\textcircled{\text{O}}\text{um}$ Δem , seu Θe Δi refertum, $\textcircled{\text{O}}\text{osum}$, 3. $\textcircled{\text{o}}$ nigricans, & $\textcircled{\text{O}}$, ∇ eas ac Θnas ∇ as partes continens, obtinuisse memorat. Mead. *Exp. mech. Venen. Tent. V. de Opio Opp.* T. II. p. 182. chemica analysi examinatae sex unciae opii dederunt alcalini Δis $\textcircled{\text{O}}\text{us}$ non absimili $\textcircled{\text{O}}\text{ui}$ C. C. $\textcircled{3}$ ij, fœtidi $\textcircled{\text{o}}$ ei $\textcircled{3}$ v, $\textcircled{3}$ j, gr. xv, carbonis Θe orbi $\textcircled{3}$ ij, $\textcircled{3}$ ii, $\textcircled{3}$ j, gr. iv. dicit. GEOFFROY *Tr. de Mat. Med.* T. II. p. 692. opii puri $\textcircled{3}$ ij analysi instituta, liquoris tum $\textcircled{+}$ di, tum $\textcircled{\text{O}}\text{osi}$ $\textcircled{3}$ xij, $\textcircled{3}$ ij, $\textcircled{\text{o}}$ ei crassioris $\textcircled{3}$ ij, $\textcircled{3}$ ij exhibuisse, $\textcircled{\text{O}}$ in \textcircled{O} superstes $\textcircled{3}$ xv, $\textcircled{3}$ iv pependisse, quæ Δe reverberii calcinata reliquit cinerum fuscorum $\textcircled{3}$ ij, gr. lx, ex quibus lixivio Θis ∇ i mere alcali $\textcircled{3}$ iv, gr. xlvi extracta fuerunt, deperditionemque partium in destillatione $\textcircled{3}$ j, $\textcircled{3}$ vij, in calcinatione $\textcircled{3}$ xij, $\textcircled{3}$ ij, gr. xij, fuisse notat. Et ALSTON *Eff. & Obs. de Med. de la Societé d'Edinb.* T. V. p. 179. opii $\textcircled{3}$ xvj. destillatione tractatas phlegmatis $\textcircled{3}$ ij, $\textcircled{3}$ ij, $\textcircled{\text{O}}\text{osi}$ $\textcircled{3}$ iv, $\textcircled{3}$ ij, $\textcircled{\text{o}}$ $\textcircled{3}$ ij, Θis Δis gr. iv, $\textcircled{\text{O}}$ $\textcircled{3}$ vj suppeditavisse, invenit. Sic igitur opium principiis ∇ eis, Θinis tam $\textcircled{+}$ dis quam alcalinis, $\textcircled{\text{O}}\text{eis}$ & ∇ eis præditum esse, destillationis beneficio patescit. Quamvis vero educta hæcce principia opio materialiter inesse non negaverim, per fortē tamen vulcani torturam illa paulum mutata, aliaque proportione, quam in eodem ante destillationem adfuerunt, produci credimus. Hinc ego saltem illam analysin Chymicam, qua absque violentia & sine ulla mutatione principiorum diacrisis instituitur, corporum nempe per menstrua explorationem, accuratiorem & ad principiorum essentiam ac proportionem detegendam aptiorem, alterique semper præfereadam existimarem.

§. III.

Opium vix non omnibus liquoribus obedire, & in quolibet fere menstruo, ∇ eo, Θino , $\textcircled{+}$ do, $\textcircled{\text{O}}\text{uo}$ & $\textcircled{\text{o}}$ so absque deperditione saporis & consequenter virium dissolvi,
Celeb.

Celeb. BOECLERUS *Cynos. Mat. Med. Herm.* T. I. p. 627. solide monuit. NEUMANNUS *Leit. Publ. de Succin. Opio &c.* p. 117. ab opii $\frac{3}{4}$ iv. prius VRatissimo extractis $\frac{3}{4}$ ij & $\frac{9}{4}$ iv extracti resinosi, & a residua materia exsiccata, ope ∇ æ extracta, $\frac{9}{4}$ iv extracti gummosi obtinuit, remanentibus $\frac{3}{4}$ v & $\frac{9}{4}$ j partium indissolubilium. Si vero primum opii $\frac{3}{4}$ iv cum ∇ extraxit, $\frac{3}{4}$ ij, $\frac{3}{4}$ v & $\frac{9}{4}$ j extracti gummosi, & de residuo siccato per VRatum extracto $\frac{3}{4}$ ij, $\frac{9}{4}$ j extracti resinosi, & $\frac{3}{4}$ vij, $\frac{9}{4}$ j ∇ earum partium accepit. ALSTON *Essais d'Edimb.* T. V. p. 164. unam opii partem ad 12 menstrui partes adhibens, & primo Vini eam immergens, $\frac{4}{12}$ in eodem solutas fuisse, & ex residuis $\frac{8}{12}$ in ∇ a $\frac{5}{12}$ dissolutas, $\frac{3}{12}$ vero fæcum remansisse invenit. Ast ∇ am $\frac{8}{12}$ opii solvisse, & ex $\frac{4}{12}$ remanentibus V non nisi $\frac{1}{12}$ extraxisse notat. Et opium $\frac{5}{12}$ circiter gummosas, 4 resinosas & 3 ∇ stres plane indissolubiles partes comprehendere, ponit. Ill. BUCHNERUS *in docta Diss. de genuinis opii effectibus in corpore humano* §. 13. sqq. opium ad 4 lb humidæ destillationi subiectum, ne guttulam quidem \circlearrowright ei destillati ætherei dedisse asserit. ∇ vero quæ per alembicum transcendebat, nihil singulare quid, præter opii odorem, sensibus offerebat. Duas uncias opii ∇ a extrahebat, & peracta evaporatione solidior quædam substantia, ponderans $\frac{3}{4}$ j, $\frac{3}{4}$ ij, $\frac{9}{4}$ ij, relinquebatur. Huic substantiæ adfusus VRatissimus, eandem ad $\frac{3}{4}$ vij solvit. Solutionis residuum in ∇ a solvebat, solutumque intra 14 σ motum fermentativum subiit. Duæ unciae opii in ∇ a coctæ substantiam quandam unctuosam, ∇ æ innatantem, dimittebant, quæ ad stateram revocata, ponderabat $\frac{3}{8}$. Determinatam quantitatem opii extrahebat mediante Vini $\frac{1}{2}$ erem pyrium incendente, sed sine prævia extractione per ∇ am, atque absoluta evaporatione obtinebat solidioris cuiusdam substantiæ $\frac{3}{4}$ j, $\frac{9}{4}$ ij. Eadem extractio alio tempore repetita, sed instituta prius ulteriori V rectificatione, offerebat istiusmodi substantiæ solidioris $\frac{3}{4}$ j. Huic extracto solidiori

solidiori adfusa ∇ a, illius partem quandam solvebat, quæ ope stateræ examinata, ponderabat 3vij. Aquam perdissem ego, si in tanta experimentorum alienorum a memoratis peritissimis in arte spagirica viris, aliisque, cum opio institutorum claritate, propria, nihil cæterum novi fœnerantia, afferre voluisse.

§. IV.

Ex his quippe analysibus allatis, jam satis superque elucescit, opium, cum destillatione sicca ∇ am præbeat, principio ∇ so irrigari, cumque in ω uoso ac ∇ oso menstruo solubile sit, resinoso pariter ac gummoso principio dotari, cum post omnem solutionem aliquid indissolubile restet, ex ∇ eis principiis idem pariter componi, cumque eadem massa, quæ a ω uoso menstruo extracta fuit, nec unionem cum ∇ eo menstruo respuat, explicitum quodam \ominus resinosæ sive Δ eæ ejus parti etiam admisceri, hoc vero mediante Δ cum ∇ a etiam miscibile reddi, hinc illam massam, quæ in ∇ a dein soluta inspissatione gummosum extractum suppeditat, Δ tenerrimum ope Θ is cum ∇ a ∇ aque mixtum existere, extra dubium est. Cujus vero naturæ Θ in opio præsens sit, sub judice adhuc lis est. Si NEUMANNO l. c. p. 116. credimus, qui solutionem opii ∇ osam cum alcali ∇ o ac Λ i \neg ationem & effervescentiam quandam passam fuisse memorat, si GODOFREDUM *Traet. Mat. Med.* T. II. p. 692. audimus, qui solutionem opii heliotropii R æ affusam, eidem colorem rubrum igneum conciliasse dicit; \pm dum Θ in opio abscondi videtur. ALSTON autem *Essais d'Edinb.* T. V. p. 170. Θ opii ad alcalinam magis naturam vergere credit, illud tamen verum alcali esse statuere non vult, quoniam cum \pm dis non effervescere videt, nec syrupo violarum admixta solutio opii manifestam coloris mutationem induxit, imo R am heliotropii rubro colore inde imbutam fuisse,

fuisse, ipse non diffitetur. Alcali ergo Θ, quod in opio inesse contendunt autores, artis potius & torturæ igneæ productum, quam ex eo eductum esse videtur, hoc vero Θinum principium ♀i opii maxime adhærere solet, & tam in resinoso quam gummoso extracto reperitur. Cum autem tam in resinoso, quam in gummoso extracto, ♀ reliqua principia supereret, quis multum ♀ei principii opio inesse in dubium vocabit, præcipue cum opium etiam inflammabile existat, imo, quando coctione æque ac fermentatione opium pondere decrescit, illud, quod avolare solet, ♀eæ naturæ potissimum esse censendum est.

§. V.

Hoc quod in opio latet ♀ ab omnibus quidem Chymicis communi consensu agnatum fuit, verum circa illius qualitates & proprietates mirum inter se dissenserunt, ingeniaque sua torserunt. Plurimi ♀ opii impurum, crudum, vaporosum, soporiferum, narcoticum statuerunt, adeoque de ejusdem correctione, castratione, separatione & expulsione admodum solliciti fuerunt. Quatuor potissimum modi ♀ opii nocivum cicurandi in Medicina civitatem obtinuerunt, vel aromatibus, vel Θibus +dis, alcalinisve, vel evaporationibus variis, vel menstruis νοσις νοσisve illud effectum fuit, hinc est, ut tot, imo innumeræ præparations & compositiones opiatæ in pharmacoëis & dispensatoriis prostent. Galenici aliique ex veteribus, qui opium vim massam sanguinis refrigerandi, humores figendi, inspissandi, sicque somnum conciliandi possidere autumarunt, quique idem frigidum in quarto gradu statuerunt, varia aromaticæ, calidiora & alexipharmacæ potentiora eidem addere soliti sunt, iisque ♀ ipsius crudum ac spissum dividere, exaltare, humoresque mobiliores reddere voluerunt. Hinc Cinnamomum, Caryophyllos, Zingiberem, Macerem, Ambram, Moschum, Camphoram, Dictamnum, Viperas, Castoreum, quod opii antidotum & Bezoar

Bezoar vocarunt, plurimaque vix enumerabilia opio adje-
 cerunt, & interdum plane alia adhuc paregorica aut nar-
 cotica calidiora, Crocum, Cynoglossam, Hyoscyamum
 addiderunt, exempla horum in Mithridatio, Theriaca cœ-
 lesti & Andromachi, Tryphera Nicolai, Electuarij Diascord.
 Fracast. de Ovo Maximiliani Imperatoris, Philonio Ro-
 mano, Pil. de Cynoglossa, de Styrace, imo in ipsa etiam
 Eff. Anod. Sydenh. sive Laudano liquido occurrunt. Chy-
 mici e contra Δισ in opio mobilitatem probe agnoscentes,
 Λα hoc nimis fugax +dis variis potius figere, refrenare
 & cicurare annisi fuerunt, & in hunc finem Φτυμ simplex,
 vel destillatum, succum Citri, Cydoniorum, Limonio-
 rum, Λίθι, Θισ, aliaque adhibuerunt, iis opium immer-
 ferunt, liquida hæc dein abstraxerunt, vel evaporaverunt,
 & siccatum correctumque sic opium asservaverunt. Alii
 vero +dum opio inhærens ipsiusque Δισ alcalinis mitigare,
 hincque vel alcahest Glauberi, vel Θεοφρι, aut Ρ. Φρι,
 mitiorem opio inducere naturam allaboraverunt. Iterum
 alii cum opio fermentationem & evaporationem suscep-
 runt, vel coctione exhalationem ejus instituerunt, vel su-
 per laminam carentem idem locantes, tostioni fortiori
 exposuerunt, sicque quod in Δισ narcoticum est, expellere
 contenderunt. Quidam cum θυντῳ menstruo Δισ solum-
 modo tenerius ac subtilius extrahere conati sunt, hinc
 vel vinum generosum, Hispanicum, aliudve, vel vinum
 cum Θεοφρι digestum, vel θυντῳ dulcem, vel Βιν ad-
 hibuerunt, quidam vero, quo Δισ partem quandam an-
 tea figerent, +do prius opium tractaverunt, dein-
 que Βιν immiserunt. Celebris in hunc finem præ
 aliis Langelottiana opii præparatio & essentia, quam
 in E. N. C. D. I. A. III. Obs. 59. p. 100. invenimus,
 existit. Hic opium cum succo cydoniorum & Θεοφρι
 infundit, & postquam per diem unum aut alterum stetit,
 saccharum ad fermentationem promovendam addit, me-
 dium dein, puriorem, liquorem rubicundum, a superiori,

impura, & spumosa & inferiori ∇ stri parte caute separat, filtrat & destillatione ad mellaginem inspissat, hanc denique ∇ alcoholisato dissolvit, filtrat, digerit, ad justam consistentiam abstrahit, & ceu veram opii essentiam servat. Quidam denique, qui admodum circumspecti sunt, Δ que opii maximopere metuunt, ∇ osum solummodo menstruum pro opio extrahendo adhibent, & vel ∇ ont simplicem, vel destillatam quandam, vel pluviale, vel roralem, majalemve hunc in finem feligunt, sicque tantum gummeas ejus partes, seu Δ eas teneriores & mitiores separatis Δ eis fortioribus, narcoticisque obtinent, atque ita extractum simplex opii, ita laudana opiate varia parare solent.

§. VI.

Nunc vero, si nostram de variis his opii correctionibus mentem aperire debemus, illi præ omnibus reliquis, qua mediante ∇ eo menstruo partium ejusdem extractio & separatio fit, palmam concedimus, nec ullam aliam opii præparationem aptam, tutam & convenientem esse autu-mamus. Nam quod eam methodum attinet, qua calidis, aromaticis aut alexipharmacis vim opii refrigerantem corrigerere voluerunt, cum Δ e fugaci ac copioso idem scateat, jam calefaciendi & massam sanguinis expandendi vi satis superque instructum est, ut additione aliorum calidorum opus neutquam habeat, quin potius adjectis pharmacis talibus, quæ Δ e partibus prædicta sunt, Δ Δ i addendo, commoventem opii virtutem eo usque intendunt, ut opiate ob nimiam rarefactionem & calorem sic excitatum temulentiam, soporem, stuporem, imo apoplexiā producere non mirum sit, nec aliis etiam nisi fortior narcoticus & maxime nocivus effectus, si crocum, cynoglossam, hyoscynam eidem adhuc jungunt, nasci inde potest. Utique ergo damna innumera tales præparations opiatæ indu-

eere

cere necessario debuerunt, & hodie adhuc inducent, quando iisdem ægroti utuntur, quæ vero inconditæ potius præparationi, quam opio ipsi tribuendæ erunt. Si \ddagger da papaveris succo admiscentur, hæcce quidem vim ipsius expansivam refrenant, Δ que ejus \wedge e figunt, sed eo usque etiam opium castrant, ut deinceps nullum amplius effectum resolventem, qui tamen a Δ e ipsius in sanguine expectatur, edere possit, hinc innocuum quidem, sed simul iners & inutile pharmacum opium evadet. Qui e contra alcalino Θ e opii correctionem moliuntur, illi stimulum sic ipsi potius addunt, alcali enim \ddagger i junctum solida irritare, ad contractionem vividiorem sollicitare, sicque motum humorum, quem Δ eum principium jam per se auget, insigniter accelerare valet, quid aliud vero tunc quam calorem nimium, febrem, congestiones ad caput, aliosque effectus funestos experiri poterimus. Acu vero rem tetigisse, qui tostione papavereum succum usserunt, minime credas, hi enim Δ omne abigunt, & ut nullum amplius sit opium efficiunt, nam splendida sua Δ ea veste penitus nudatum opium, ∇ eisque solummodo exuviis adhuc dotatum, nullam amplius virtutem resolventem, ob quam tamen in Medicina expetitur, exercere poterit, cum ergo opium tostum effætum sit, in usus plane cedere non debet. In devia pariter, verum in contraria ii, qui ω uoso menstruo opium immergunt, delabuntur, hi quippe Δ eas opii partes solas sic obtinent, a gummosis & temperatioribus separant, sicque concentratius & activius, sed eo ipso volatilius & validius opium acquirunt, neutquam vero, quo minus commoventem & rarefacentem effectum nimium edat, quo minus calor & febris accendatur, quo minus ad caput impetuosior humorum motus vertatur, & deliria, furores, sopores, stupores, aut attoniti morbi inducantur, correctione sive extractione sua prohibent. Una tamen blanda & secura opii correctionem suscipiendo methodus nobis remanet, hæc ope ∇ osi menstrui peragitur

tur, & opium ∇ a pura solutum BOERHAAVE *Elem. Chem.* T. II. p. 237. optimum censet. ∇ quippe sola illud menstruum atque additamentum est, a quo nobis nullus exurgere debet metus, ut inde Δ in opio contentum vel nimis concentretur, vel Δ i supplementum & pabulum subdatur, vel vis resolvens, calefaciensque nimium augeatur, non tamen illud etiam metuendum est, ut Δ ab eo plane castretur, aut omni suo Δ re opium privetur. Quamvis enim ∇ ea menstrua Δ a alias solvere nequeant, attamen Θ ium interventu Δ a ∇ æ miscibilia reddi posse notum est, cumque opium Θ e ample instructum sit, hujus ope semper quædam Δ is in opio latentis pars in ∇ a solubilis reddetur, sic ut extractum opii gummosum hocce modo obtentum præter ∇ eas, mucilaginosas & Θ inas partes Δ eas etiam particulas in sinu suo foveat, nam inflammabilitas hujus extracti ∇ osi, quodque rursus pars ejus in V dissolvere sese patiatur, Δ is in eodem præsentiam sufficienter arguit. Parcius vero, tenerius & blandius Δ solummodo hacce encheiresi ab ∇ a extrahitur, a nimio, narcotico ac stupefaciente Δ e, quod omne V extrahere solet, separatur, omnique resina, quæ adeo nociva est, sic spoliatur, si que prius, quam extractionem opii cum ∇ a suscipimus, fermentationem aut coctionem ejusdem præmittimus, multum sic superflui, narcotici crudique Δ is jam evaprarare, extractumque ex opio præliminariter ita tractato paratum mitissimum, subtilissimum atque maxime solubile Δ continere sciendum est. ∇ æ ergo beneficio tutissimum, optimum & revera correctum opium, quodque semper adhuc ceu opium, i. e. ceu medicamentum Δ e imprægnatum, in corpore humano vires suas edit, acquirimus.

§. VII.

Ergo illa solummodo medicamenta opiate tuta maximeque laudanda existere, quæ ex opio cum ∇ a ad extracti consi-

consistentiam redacto fiunt, ex dictis manifestatur. Ipsa methodus extracta sive laudana talia opiate perficiendi, nec laboriosa, nec pretiosa, nec difficultis est. Inter multas sequentes ex probatissimis auctoribus collegimus. Ante omnes WEDELII methodus commendanda est, qui *Opiolog.* p. 65. elegantissimum opium extrahendi modum, cum phlegmate $\ddot{\text{X}}$ ti a præparatione arcani $\ddot{\text{Q}}$ ri resultantis, invenit. Infundit opii thebaici $\ddot{\text{S}}$ ati partem j. cum partibus vj. vel viij. ∇ æ ab arcano $\ddot{\text{Q}}$ ri residuæ mediæ, hinc vitrum calenti imponit arenæ, agitatione cum spatula facta solvit, ubi pars impurior spumosa summa lambit, pars ∇ strior ima petit, colaturam per linteum factam evaportat ad mellaginem, vel in extracti formam redactam adservat. HOFFMANNUS in *Not. ad Poterium* p. 669. compositum magis laudanum ∇ osum tradit, recipit nempe opii soluti in ∇ a simplici & lenius evaporati ad consistentiam \mathfrak{z} j. cinnabaris nativæ ppt. \mathfrak{z} j. \mathfrak{B} . croc. or. extr. papav. rh. ana. \mathfrak{z} j. ess. ambræ \mathfrak{z} j. \mathfrak{O} cinnamon. gtt xij. miscet, facit extractum. Hocce extracto opato in frigidioribus & humidioribus subjectis locus commode poterit concedi. Maxime commendanda vero hic illa encheiresis venit, quam JONES in *Myst. opii revel.* recensentibus A. E. L. 1701. p. 445. communicavit. Hic opii \mathfrak{z} vij. solius ∇ æ pluvialis destillatæ \mathfrak{z} xxiv. in loco temperato ac vase probe obturato quotidie ter quaterve agitando, intra sex dies jubet solvi, hinc per chartam bibulam filtrari, ac oleo dulci affuso sub titulo panaceæ opii liquidæ asservari. Qua obtenta mox ad omnem gummosam opii portionem, Θ \wedge le \mathfrak{O} sum recondentem, a noxia resinosa exacte separandam, eandem ∇ am pluvialem destillatam relictis faecibus tamdiu innuit affordendam, quoisque rubicunda elicita \mathbb{R} a fuerit omnis, pariter filtranda simulque in Balneo ad extracti, solidam opii panaceam constituentis, inspissanda consistentiam. GODOFREDI etiam *Traet. Mat. Med.* T. II. p. 706. propositum artificium opium cum ∇ a purgandi vel præparandi, locum

locum hic maxime meretur. R. Opii minutim secti q. l. dissolvatur in ∇ a limpida. stillatitiae q. s. digerendo in B. aren. solutio a massa superstite separatur. Refrigerata per chartam bibulam transcoletur. Nova ∇ a massæ residuæ affundatur, digerantur. Secernantur a fæcibus, & transcoletur, sicque ∇ æ affusiones iterentur, donec nulla amplius extrahatur R^a. Solutiones confusæ evaporentur in B. M. ad extracti solidi consistentiam. Extractum etiam opii, quod CARTHESERUS *Elem. Chem.* p. 157. parare docet, admodum conveniens est. R. Opii Thebaici q. v. grosso modo contusum cum sufficienti quantitate ∇ æ simplicis, vel fontanæ, vel pluvialis, adfusa, in olla ultra dimidium non replenda, coquatur, donec ∇ a probe tincta sit, & partes impuræ, partim exhalantes & superficie innatantes, partim fundum petentes, separatæ sint. Mixtura inter coquendum saepius spatula lignea agitata impuritatibus innatibus cochleari extrahendis liberetur, & liquor finita coctione per manicam Hippocratis colatus, ut partes ∇ æ quoque separentur, leni evaporatione ad extracti consistentiam redigatur. Tandem illud etiam extractum opii, quod in PHARMACOP. ARGENT. p. 101. cum ∇ a simplici succo citri parum dulata, parari docetur, hie memoratu dignissimum existit, ∇ a enim uti in præcedentibus partes gummosas blandas tantum extrahit, ut vero corruptio opii & ∇ æ ad illud extrahendum adhibendæ præcaveatur, dum admiscere consultum ductum fuit, neque tamen per dum hoc blandum vegetabile, Δ inde castrari, metus cuidam obrepere debet. In genere vero circa formam, qua medicamenta opiate correcta commodissime asservantur, illud notandum est, quod eadem ad extracti consistentiam redigere, si a situ cito & facile corrupti non debent, optimum sit. Sique R^am opii seu laudanum liquidum possidere cuidam volupe erit, vel in dulata ∇ a gummosum extractum opii solvi & per tempus essentia talis anodyna absque corruptela conservari, vel ex tempore extra-

extractum opii in vā quadam dissolvi, & pro lubitu effentia anodyna quolibet momento parari poterit.

§. VIII.

Quomodo cunque vero opium præparaveris aut extraxeris, ♀ semper in omnibus præparationibus præ reliquis principiis dominium obtinere solet, & ab hoc omnis, qui a papaveris succo in corpore humano exeritur effectus, deducendus erit. ♀a vero massam sanguinis expandere, rarefacere, globulos rubros dividere, attritum & motum eorundem augere, calorem fortiorum accendere, acrimoniam obtundere, ac solida laxare, demulcere, tensionem & stimulum auferre, quisquis de viribus medicamentorum mechanice philosophatur, agnoscit, nec alios effectus a ♀eis opii partibus produci, phænomena, quæ in hominibus opio utentibus observantur, probant. Quicunque enim opium assūmunt, in illis pulsus plenior & celerior micare, facies rubere, intumescere, venæ præcipue capitis inflari, agilitas membrorum, alacritas animi & lætitia circa præcordia sentiri, magnanimitas, periculorumque contemptus induci, dolorum levamem oriri, sanguis e vena secta emissus fluidus maximopere, floridusque esse, hinc notante GEOFFROY l. c. p. 699, crux etiam etiam in Turcarum & Indorum opium strenuē deglutientium, & in præliis occisorum, cadaveribus, post unum aut alterum diem æque fluidus dimanare, ac si novissime fuissent enecati, atque in cane etiam, cui opium ingestum erat, vivo aperto, juxta BÜCHNERUM *Diff. cit.* §. 29. arteriæ majores æque ac minores, quotquot cerebri anfractus pererrant, sanguine turgescere, imo ipse sanguis multo fluidior quam esse solet in statu naturali, comparere, sudor itidem post opium sumptum, dum reliquæ excretiones minuuntur, copiosior profluere, imo interdum ita perspirabile tale corpus ab opio reddi, ut sudor inde prolectus, magno cum cutis

pruritu quandoque opii odorem referat, notatur. **Quis**
 cuncta hæcce phænomena Δ eo opii principio, humores
 commoventi ac resolventi, & canales relaxanti, non ad-
 scriberet. **Tutissime** vero hos multosque alios effectus,
 qui a sanguine commoto, rarefacto & resoluto, in circu-
 lationem, secretiones & excretiones humorum in machi-
 na corporea redundant, opium si non in nimia quantita-
 te ingestum, si correctum & Δ e fugaciōri spoliatum est,
 edere, nec ullam noxam post sui usum relinquere, cre-
 dendum est. Si vero vel nimia dosi idem præbetur, vel
 stimulo Δ eo, narcoticō, aut Θ ino alcalino adhuc acuitur,
 turbas graves, noxas fatales, & quandoque immedicabi-
 les, post se ducere, etiam non diffitendum est. Hinc
 alienationes mentis, anxietates, deliria, furores, vertigi-
 nes, oculorum caligines, balbuties, memoriæ vacillatio-
 nes, membrorum tremores, titubationes, dyspnœas, ven-
 triculi ardores, bradypepsias, apepsias, æstus insignes,
 pulsum inæqualem, celerem, convulsiones, hæmorrhagias
 uteri, renum, aliorumque locorum enormes, hy-
 drops, stupores, sopores, languores, paralyses, apo-
 plexias, syncopes, imo mortem, immoderatum, nimium,
 minus correctum, aut diu nimis adhibitum opium induxis-
 se, in observationibus legimus. Sed in Δ potius nimium,
 maxime volatile, crudum, nec correctum, quam in opium
 bene præparatum omnem noxæ culpam rejiciendam esse,
 censemus. **Quodcunque** enim opium ante coctionem cum
 ∇ a, vel etiam fermentationem prægressam, talia damna
 causabatur, illud separatis, aut expulsis, per hanc vel illam
 methodum, abundantibus, maxime mobilibus, impurio-
 ribusque Δ eis particulis, postmodum innocue, imo cum
 egregio effectu præberi potest. **Potissimum** vero per fer-
 mentationem multas halituosas opii partes separari, at
 quamdiu fermentat, opium exhibitum damnosissimum es-
 se, BÜCHNERUS *Diff. cit.* §. 38. confirmat, qui mixtum ex
 partibus opii saponaceis & gummosis, vi sua animalibus fa-
 tali

tali privatum, per aliquot hebdomadas in ∇ a solutum stare sivit, ubi fermentationem subiit, separato in B. M. menstruo, 3j. cani dabatur, qui inde vacillare, & somnolentus factus esse observabatur.

§. IX.

Ipsum igitur opium coctione cum ∇ a extractum, aut fermentatum, sicque Δ e suo volatiliori ac nocivo orbatum, at tenera Δ ea parte, ope Θ ini principii in ∇ a solubili, adhuc dotatum; & dosi convenienti, parca, sed repetita assumptum, nequicquam sinistri in corpore post se ducere posse, certissime credendum est. Revera quippe eodem modo uti Crocus, Camphora, Kermes minerale, Δ vivum, præcipue vero uti Vinum, Opium in corpore humano agere autumamus. Quemadmodum enim hæcce pharmaca omnia debita quantitate, tempore & cautela data, commoventem, resolventem, attenuantem & deobstruentem egregium effectum exerunt, nimia vero copia, incongruo tempore & intempestivo momento exhibita, æstus, deliria, stupores, sopores faciunt; ita hæcce ab opii usu vel abusu perinde evenire notum est. Vinum præcipue, quod æque ut opium cor exhilarare, cunas solvere, sanguinem movere, dissolvere, secretiones & excretiones augere, dolores demulcere, modice & medice potatum observatur; ita magnos crateres sæpius me-ro implentes, crebroque fœcundos calices haurientes, vi-ni potatores deliros, furibundos, æstuabundos, temulentos, stupidos, somnolentos, attonitos, resolutos, moribundos, veluti opii voratores fieri, comperimur. Utrumque vero effectum in vino æque ac opio a Δ e, pro majori vel minori sua quantitate agente, solummodo dependere, vix negatumiri credimus. Nequaquam vero, vitis æque ac papaveris lacrymam in nimia quantitate aut incongruo tempore deglutitam, in capite imprimis effectus suos edere,

ibique vehementiae suæ vestigia relinquere, & menti æque ac corpori summopere nocivam esse, mirandum est. Nam enim partes multæ, ceu leviores, vi cordis cum sanguine circulante ad caput projiciuntur, cumque $\frac{1}{2}$ sanguinis massam multum commoveat ac rarefaciat, debiles minimeque resistentes meningum & encephali canaliculos a nimis celeri ac expanso sanguine admodum distendi nee esse est, quis vero non a dilatatis nimium cerebri vasculis subiectos & accumbentes medullares tubulos, ceu nervorum initia, premi, liquidi nervei secretionem ac excretionem turbari, minui, sufflaminari debere, ut nihil ad organa motoria & sensoria amandari possit, concipit. Hinc illæ temulentiæ, stupores, ac nimis diuturno aut cerebro usu deliria, furores, amentiæ, apoplexiæ, paralyses, & sexcenta alia mala insequentur, spasmi etiam, convulsiones & dolores in nervosis & musculosis partibus, dum ob impeditum liquidi animalis in nervos influxum, sopor inducitur, mitigabuntur aut sopientur, nequaquam vero effreni solidorum motus ita feliciter inde solventur, ut non a somno resurgentibus vel recrudescentibus, nullo opiate remedio amplius deinceps compescendi, vel paralyses tensarum, & dolore vexatarum antea partium post se ducant, imo stupores mentis æque ac corporis remaneant.

§. X.

Ergo propriis tuis laqueis te irretitum tenemus, multos clamantes audire mihi videor, opium, ipse dicis, dolores tuto neutiquam sedare potest, at opii vis præcipua anodyna est, & in doloribus sedandis sese exerit, cumque tu ipse hanc intutam pronunties, idem liberius in Medicina adhibendum esse, nunc non amplius tueri poteris. Ita esset, vietas darem manus, si opium dolores, somnum conciliando, sedare statuerem, si doloribus solummodo sedandis idem proficuum esse affererem. At longius

longius latiusque opii usus patet , & eminentes alios in corpore humano effectus edit. Quamvis enim vulgo ad dolores compescendos , ad agrypnias somno demulcendas , ad vomitum aut diarrhoeam fistendam solummodo utile esse censeatur , cum Hippocraticorum Medicorum principe , SYDENHAMO tamen , *Opp. p. 113. Sect. 4. C. 1.* profecto non hic mihi temporo , quin gratulabundus animad- vertam , Deum Omnipotentem πάντων δωτίης ἕαυτον , non aliud remedium , quod vel pluribus malis debellandis par sit , vel eadem efficacius extirpet , humano generi in miseriарum solamen concessisse , quam sunt opiata , medica- menta sc. ab aliqua papaverum specie desumpta . Quin imo ita necessarium est in hominis periti manu organum , jam laudatum medicamentum , ut sine illo manca sit ac claudicet Medicina , qui vero eodem instructus fuerit , majora præstabit , quam quis ab uno remedio facile spera- verit . Rudis enim fit oportet , & parum compertam ha- beat hujus medicamenti vim , qui idem sopori concilian- do , demulcendis doloribus , & diarrhoeæ fistendæ appli- care tantum novit , cum ad alia plurima , gladii instar del- phici , accommodari possit , & præstantissimum sit reme- dium cardiacum , unicum pene dixerim , quod in rerum natura haec tenus est repertum . Consentit alter Hippocra- ticorum Medicorum princeps BOERHAAVIUS & *Instit. Medic.* §. 1182. & 1183. remedia autem maxime universalia ha- etenus , sunt aqua , ignis , argentum vivum , opium & his quidem plurimum usurpati , sed cautissime abscon- ditis , nomen fibi maximum comparaverunt , qui Medi- nam universalem possedisse vulgo creduntur , dicit .

§. XI.

Cum itaque opium polychrestum pharmacum existat , affectus in quibus cum fructu in usum cedere poterit , ut indigitemus , officii nostri erit . Hic vero in limine statim

illud notasse juvabit, nos neutiquam suasores futuros, ut papaveris lacryma ad vigilias profligandas & somnum conciliandum ita frequenter in usum trahatur, uti a veteribus Poëtis, qui ideo noctem frontem papavere redimitam & ante fores antri noctis papavera florere somniaverunt, commendari, uti etiam vulgo a Medicis adhiberi solitum fuit. Cum enim nequaquam motum sanguinis & sanguinem figat, cruentremque incrasset, quin potius dividat, circumlumque ipsius acceleret, opium somno potius fugando & vigiliis procurandis idoneum erit, nec nisi nimia in quantitate assumptum, aut Δ e impuriori adhuc prædictum, somniferum evadet. Sanguis enim tunc ab opio nimium rarefactus, in tenera cerebri vascula præ aliis impetuofus irruet, ea ipsa admodum distendet, accumbentes vero medullofos canaliculos a vasis sanguineis distentis premi, somnumque induci sic necesse erit. Vel etiam a maxima in dosi aut diu usurpato opio, auctoque sic circulo sanguinis ejusque secretionibus, inductisque antea temulentiis, ebrietatibus, deliriis & furoribus, fluidiora tandem e corpore dissipari, reliqua vero humorum massa crassescere, circulus retardari, secretio sanguinem intercipi, & somnus produci poterit, sed Epimenidis somnum, imo periculosem stuporem, aliquaque Palladis arci fatales affectus eo ipso obrepere, quis non intelligit. Hoc etiam monere e re erit, quod si anodynū sive dolores sedantem effectum mediante opio edere in animo sit, somnum ideo procurari neutiquam opus esse, nec eosusque & in tanta dosi idem exhibendum esse, ut somnum causando dolor soviatur quidem & obtundatur, nullatenus vero radicitus tollatur. Vigilem potius corporis statum & mentis alacritatem conservare, dum opio dolores lenit, Medici scopus esse debet. Sequenti vero modo opium effectum suum paregoricum, absque ut somnum provocet, exerere posse, nobis concipimus. Nullibi in corpore ad organum, musculum, viscus, nervi quidam pertingunt, qui non comitem, vicinum, satellitem

litem vas sanguineum , tam venam quam arteriam quan-
dam habent , ita quidem , ut non solum in artibus venæ &
arteriæ inter nervos media ut plurimum via & admodum
vicino contactu incedant , verum potissimum in visceribus
thoracis & abdominis distributi nervi , sympatheticus medius
& magnus arterias & venas ibidem multis in locis vinci-
ant , ansulis circumdent , & laqueorum instar illas irre-
tiant . Cui enim elegans illa ansa , qua intercostalis ner-
vus subclaviam arteriam continet , & quæ , quatenus fila-
mentum e ganglio ipsius cervicali ultimo ad primum gan-
glium dorsale super hanc arteriam tendit , dum ipse in-
tereæ truncus retro illam descendit , formatur , ignotum
esse potest , aut quis paris vagi recurrentem nervum , qui
retro aortæ arcum in sinistro , & retro radicem subcla-
viæ ac carotidis arteriæ in dextro latere reflexus , ad la-
ryngem ascendit , & cum ramo quodam superiori ejusdem
paris communicat , non sine admiratione vel semel tantum
confexit . Ipse aortæ truncus inter crura septi transversi
descendens , magna ex parte a magno illo plexu contine-
tur , qui utrinque a ganglio semilunari splanchnici nervi &
a medio plexu , ab utroque hoc ovali ganglio orto , com-
ponitur . Idem etiam ganglion cœliacum & mesentericas
arterias , ipsamque venam portæ suis propaginibus hinc
inde illaqueat , surculos impertitur , & comitando reti-
bus continuis exornat . Ut nunc aliorum subtiliorum a ner-
vis circa arterias & venas , præcipue in visceribus abdomina-
libus , factarum reticularum enumeratione , cum Ill . HAL-
LERUS in erudita *de Nervorum in arterias imperio* diss . § . 9 . sqq .
nobis otium fecerit , superfedeamus . Ubiunque ergo in
corpore humano ob nimium aut fortiorem liquidi subti-
lissimi nervei impulsu canaliculi hi nimis distenti & irri-
tati sese solito magis constringunt , sicque spasmi , erethi-
smi , convulsiones & dolores suscitantur , ibi ab ægris ore
ingestum & partim citissime per vasa ventriculi bibula ,
partim tardius per lactea ipsorum intestinorum oscula , ad
fan-

sanguineam massam delatum opium, sanguinem & suo ratiocinando, vasa arteriosa æque ac venosa distendendo, accumbentes, turgentes, aut irretientes nervos premendo, angustando, liquidi nervi motum retundet, retardabit, minuet, relaxationi vero eorundem, hincque spasmodorum, convulsionum, dolorum mitigationem, vel sedationem ubivis inducit. Nec ut ad cerebrum solum deferatur opium, ibique rarefaciente sua virtute medullam premit, influxum laticis animalis plenarie sistat, somnumque inducat, opus est, satis cito enim, ubique & immediate, ubicunque nervi nimium tensi sunt, vicinæ & distentæ arteriæ venæque imperium suum in nervos eosdem premendo, arctando & relaxando exercerent, & post dolorem sic devictum, vigil & alacre corpus conservabunt. Si etiam dolores & spasmi ab obstruktione vasorum sanguineorum, spesso crurore repletorum, nascuntur, & opii stasis dividemus & resolvemus, vasa referabimus, sicque causam ipsam efficacissime aggrediemur, vixque ullo alio remedio ita feliciter tollemus. Imo cum ab acribus, irritantibus, Θinis particulis sanguinis in vasculis stimulus & tensio inducatur, & suo ramoso & plicatili opium acrimoniam hanc obtundere, involvere, stimulumque compescere & cicurare potentissime valebit, cumque ipsum hoc & utpote fugacissimum ad tenuissimos usque nerveos canaliculos penetrare valeat, non solum acrimoniam laticis hujus obvolvere, verum etiam in ipsos nervos agere, eosque demulcere ac enervare poterit. Cum vero sic uti dictum, opium cruciatus ex voto auferrat, cum etiam a doloribus pertinacibus vigile corpus perpetuo detineatur, nunc sedato per opium dolore, ut blandiore postmodum suavioreque somno æger frui possit, etiam procuratur, si vero sic opium vigilias fugare & somnum ciere aliquis statuere velit, hoc sensu nos maximo-pere consentientes habebit. Hoc etiam WEDELIUS *Opiolog.* p. 87. asserit, & memoranda hoc loco etiam est opii agentis

di varietas , dicit , interdum enim dolorem magis sedat , quam somnum facit , ut exemplo ceu ad imperium quoddam & monstrato Gorgonis capite conquiescant dolores , tormina , cruciatusque , ut adeo non somno solo interprete illorum oblivio capiat ægros , sed & absque eo , propria opii acrimoniam temperandi & usus demulcendi , ac humorum salinorum impetum coercendi , virtute ; interdum una cum dolore & quidem ut plurimum vigilias aufert , & somno inducto tristi sensationi intentum animum abducit & sibi restituit . Et Ill . VAN SWIETEN *Comm. in Boerb. Aph.* T. I. §. 202. p. 325. ita circa opiatorum agendi modum solide ratiocinatur . Sic saepe accidit , minori dosi haec data dolorem quidem compescere , nullo inducto tamen somno , sed pacatissima menti & corpori nascitur quies , quam ne verbis quidem describere se posse mirantur gratum hoc solamen experti . Atque §. 229. p. 371. ita loquitur . Admodum ergo verosimile videtur , opium etiam in ventriculo hærens solo tactu , mutatis nervis hujus visceris , talem mutationem producere in sensorio communis , ut manentibus doloris causa & nervorum integritate , tamen non fiat in mente doloris idea . Videturque Divina misericordia haec auxilia hominibus concessisse , ut dolores enormes , quorum causæ tolli nequeunt , vel non nisi longa temporis mora enervari possunt , sopiri possent pro tempore . Unde Sydenhamus , plurimis experimentis convictus , conclusit , quod absque his auxiliis manca sit & claudicet Medicina : addiditque , jactatissimas etiam præparationes opii non augere ejus vires , vel corrigere illam , quam falso credebant inesse multi , malignitatem . Certe prudenter adhibitum opium debita dosi , licet etiam per menses continuetur ejus usus , omni noxa caret . Unde non immerito dixit Eruditissimus JOANNES TERENTIUS LYNCAEUS in notis suis ad Francisci Hernandes Rerum Mexicanarum novæ Hispaniae Thesaurum , quod , cum universus oriens & meridies impune & quotidie utatur

Opio, Datura, Bangue & similibus, dolendum sit, infinitos mortales dolorum cruciatibus perire unius hujus remedii ignorantia, qui orco eripi possent, si Medici, totius orbis consensu persuasi, eo saepius uterentur.

§. XII.

Si itaque miseri ægri immanibus spasmis, diris convulsionibus, saevisque doloribus excruciantur, Medici suavissimum cruciatuum solamen, verissimum nepenthes, opium, cordate præscribant, scopumque anodynum tutto, cito & jucunde adimpleant. In doloribus ideo cephalicis, in cephalæis præcipue immanibus, in hemicraniis, & clavis, in otalgiis, odontalgiis, in cardialgiis, in colicis & ileis opium utilissimum erit, & a celeberrimis viris exhibitum fuit, sic WEDELIUS *Opiol.* p. 120. & E. N. C. D. I. A. 2. Obs. 238. SYDENHAMUS *Opp.* p. 128. BOERHAAVIUS *Apb.* §. 964. ac HOFFMANNUS *Med. Rat. Syst.* T. IV. P. 2. p. 301. & in *Not. ad Poter.* p. 247. idem in colico dolore & iliaca passione cum successu adhibuerunt. In nephriticis & calculosis affectionibus, in dysuriis & stranguriis haud vanam etiam opem præstabit, BARTHOLINUM in *Epist. Med. Cent.* III. Ep. 46. MEAD *Opp.* T. 2. p. 189. & ALSTON in *Essais d'Edinb.* p. 211. in testimonium vocamus. In rheumaticis, arthriticis, imprimis vero in podagricis cruciatibus WEDELIO l. c. p. 126. SYDENHAMO l. c. p. 329. & BOERHAAVIO l. c. §. 1278. arbitris, ad furias doloris placandas, & ad spasticas stricturas solvendas, opio optime utemur. In spasmis etiam & stricturis viscerum hæmatopoeorum efficacissime idem succurrere poterit, hinc in palpitatione cordis, in tussi, sicca & ferina, noctu præcipue molesta, juxta HELMONTIUM in *Jure Duumv.* §. 63. in singultu juxta DE LE BOE SYLVIUM *Prax. Med.* L. I. C. 23. §. 19. in asthmate spastico scorbuticoque juxta WILLIUM *de Scorbute.* C. 10. maximopere indica-

dicatum existit. In hypochondriacis & hystericis gravioribus insultibus laudandum etiam effectum laudanum opiatum correctum exeret. Et si plane spasmi hi in effrenas convulsiones aut epilepsiam increscunt, tunc herculeos hosce solidorum morbos, consentientibus PARACELSO de *Morbis amentium* Tr. 2. C. 1. & SENNERTO *Pract.* L. I. P. II. C. 31. opio ceu optimo domitore compescet. Ubique enim locorum ubi hi dolores, spasmi aut convulsiones occurunt, arteriae venæque ab opio sanguinem rarefaciente distentæ, nervos adjacentes prement, fluidi hujus motum moderabuntur, tensiones laxabunt, nimiumque solidorum erethismum minuent. Nunc vero etiam febrium classes pauxillum ingredi, & anne in illis opium usui esse queat, explorare lubet. Hic, quod gravissimas, acutas nempe, continentes, synochas, ardenttes & inflammatorias febres attinet, quales phrenitides, anginæ, pleuritides, peripnevmoniæ, hepatitides, splenitides, nephritides, febres inflammatoriae mesenterii, vesicæ, uteri existunt, cum in illis massa sanguinea diathesi phlogistica peccet, & in coagulum celere ruat, opium à suo blando mobiliisque spissitudinem inflammatoriam resolvere, cruentem in vasculis capillaribus impactum dividere, obstruēta vasa referare, circulum sanguinis in æquilibrium redigere, nimium impetum ejusdem minuere, sicque inflammationem discutere promptissime poterit, nec parcus & cautus extracti opati gummosi usus ullo modo recusandus, nec calorem ab eo auctum iri metuendum erit, cum enim calidiorum & orientalium regionum populi opio crudo toto die utantur, nec noxam inde acquirant, a correcto opio nihil mali in nostris temperatis climatibus in ipsis morbis calidis etiam oriri posse confidimus. Potissimum vero in febribus acutis, malignis & exanthematicis, in peste videlicet, petechiis, purpura, morbillis, præ aliis vero in variolis scopo cruentum phlogistice densum attenuandi, insignem ejus motum tem-

perandi, miasma impurum per diaphoresin expellendi, cuin ①sis, camphoratis & absorbentibus maritatum opium egregium sese exhibebit. Imo, si in ipsis his febribus, ob nimiam sanguinis densitatem, materiaeque in interioribus stasim, impedita exanthematum eruptio, vel eorumdem retrocessio contingit, si deliria, convulsiones, agrypniae, aliaque sonica mala accedunt, scopo antiphlogistico, antipyretico & anodynō admodum necessarius opii usus erit, eo enim pericula hæc felicissime abigi ratio dictitat & experientia SYDENHAMI *Opp. Sect. III. C. 2. p. 91. & 95.* WEDELII *Opiol. p. 101.* BOERHAAVII *Aph. §. 1402.* in variolis potissimum comprobat. Et si plane cordis vires fatiscunt, frigidæque lipothymiae his morbis se se associant, fugax opii Δ blanda sua *αναθυμιάσει*, aut evaporatione, uti loqui solent, circulum sanguinis cordisque motum cito resuscitabit, optimumque sic cardiacum fiet. In continuis remittentibus febribus, tempore exacerbationis præcipue, ob impetuosiorem sanguinis motum fatales congestiones, deliria, inflammationes, in cerebro potissimum, nec non in aliis locis, metuendæ sunt, hoc a spissso sanguine in angustis encephali aliorumque parenchymatum vasis stagnante contingit, opium adhibe, sanguinem divide, erethismum febrilem seda, transpiracionem accelera, sic exacerbationem mitigabis, abbreviabis, damnaque inde metuenda profligabis. Nec in intermittentibus febribus inutilem opem utentibus opium præstare credendum est, si enim paroxysmi febriles, exhibitis licet generalioribus remediosis, nondum quiescunt, tunc saepe absque ut causa quædam in fluidis amplius superfites sit, in solidis oscillatio & stimulus solum in consuetudinem abiens accusandus erit, sed gummosum opii extractum, Δ e non penitus destitutum, irritationem sedabit, fibras tensas relaxabit, stimulumque febrilem tuto auferet.

§. XIII.

In nimiis humorum evacuationibus & profluviis, a solidorum strictruris, & materiæ irritantis, rodentis acrimonie, sœpiissime oriundis, fibras tensas ꝑe suo demulcendo, materiam acrem inviscando, auxilium insigne, quod ab aliis remediis in cassum expectaveris, opum edet, fluxusque tutissime moderabitur, minuet, sistet. Quibus ergo sanguis impetuose per emunctorium quoddam naturale erumpit, sive per nares, pulmones, ventriculum, anum, renes, uterum ille fluxus contingat, his in summa angustia constitutis opio feliciter succurremus, atque, ne ad syncopen usque hunc vitæ thesaurum perdant, ne etiam alia gravia mala, qualia cachexia, tabes, hectica, hydrops præcipue sunt, jacturam talem insequantur, efficaciter præcavebimus. Ast aliorum etiam humorum excretionem nimiam æque exceptato cum successu a papaveris succo mitigari sciendum est, imprimis vero si vel a materia acri pituitosa biliofave diarrhœa, cholera morbus, vel etiam ab emetico aut cathartico draftico assumto hyperemesis, vel hypercatharsis orta fuit, ad motus effrenos ventriculi & intestinorum canalis placandos, ad spasmos relaxandos, ad ipsam materiam acrem irritantem demulcendam, & ad evacuationes hasce compescendas, opium accersendum est. Hinc post laxans medicamentum assumtum Angli ordinarie vesperi, ad motum solidorum & stimulum, qui a mitissimo etiam cathartico, uti SYDENHAMUS *Opp. p. 58.* bene ponit, induci semper solet, sopiendum, opiatum exhibere solenne habent. Quid ergo in venenis in corpus ingestis ab opio expectari poterit, inde etiam patescit, nam cum plurima eorum acrimonia sua immanes tam in internis visceribus, quam exterioribus artubus spasmos & convulsiones excitant, ac coagulum crux inferant, omnibus modis venenorum deleteriis effectibus contrarium erit, optimum-

que & commune quasi antidotum opium , consentiente BOERHAAVIO *Inst. Med.* §. 1129. existet , cumque sudorem ciere soleat , toxicum per cutis spiracula iterum eliminabit. Eo ipso vero quoniam ob Δe suum \triangle transpirationem ex voto promovet , in omnibus fere excretionibus nimiis , revellendi scopo , maxime idoneum & consultum idem erit. Hinc præcipue in dysenteria epidemica & maligna opium maximopere indicatum esse credimus , & quamvis multi Medici nimis timidi opium in hoc morbo cane pejus & angue fugiendum esse suadeant , ac inflammationem intestinorum in celerem sphacelum ruituram certissime inde induci statuant ; cauta tamen manu & præmissis aliquibus alvum laxantibus pharmacis , opium dando , non solum \triangle ipsius blando tormenta & cruciatus vix tolerabiles , a materia acri oriundos , in hoc morbo sedabimus , sique ægro levamen , quod anxie admodum efflagitat , timore nimio retenti neutquam denegabimus , ipsamque inflammationem , hic summopere metuendam , resolvemus ; verum etiam partem miasmatis , materiæ puto malignæ , irritantis , ad cutem determinabimus , per diapnoen eliminabimus , & , dum sic materiæ cursum dividimus , tuto huic morbo imperabimus. Anglorum , præcipue SYDENHAMI *Opp.* p. 113. & 116. praxis , qui laudano suo liquido , cum successu in hoc morbo usus fuit , Gallorum experientia , qui Elect. Diascordium Fracastorii summo cum fructu in dysenteria maligna præbent , Batavorum tentamina juxta BOERHAAVIUM *Aphor.* §. 976. suscepta , & Germanorum consilia , a WEDELI O *Opiol.* p. 121. qui sine opio nullam veram dysenteriam curari commode posse , autumat , a LUDOVICO E. N. C. D. I. A. 4. & 5. Obs. 207. aliisque data , theoriam hanc firmare , metumque omnem excutere debet.

§. XIV.

Opii Δ eum principium in primis nerveo liquido amium esse hic non reticendum est, idem ergo optimum cardiacum & analepticum, perinde uti vinum, existere sciendum est. Cum enim sanguinem commoveat, & rerefaciat, ac ob volatilitatem suam copiosius ad cerebrum pellat, sanguinis in cortice cerebri motus sic augebitur, liquidi subtilissimi in medullares tubulos secessus invitabitur, influxusque in nervos accelerabitur, villi ergo musculares cordis & arteriarum totius corporis majori copia sanguis laticis impleti, ad contractionem vividiorem animabuntur, incitabuntur, hinc cordi totique corpori robur, vires, alacritas, vigiliae procurabuntur. Non tantum ergo in summis corporis debilitatibus, virium prostrationibus, & lipothymiis, verum etiam in paralyticis, apoplecticis, catalepticis, & soporosis affectibus, a causa ferosa potissimum oriundis, in impotentibus & frigidis, moderatus opii usus, tanquam excellens cardiacum, tonicum, nervinum, & aphrodisiacum remedium commendari poterit. Hinc etiam qui opio parce & caute utuntur, circa præcordia sensum voluptatis, alacritatis, quietis, & roboris sentire, imo admodum vigiles, agiles, præstantes & leves in motibus corporeis evadere solent, quod vero utique in Turcis aliisque, qui quotidie & ad insignem dosin ad 36*i.* usque quandoque idem assumunt, non accidit, utpote quibus loco alacritatis temulentiam & furorem, nec aliam in præliis audaciam, quam stupidiā, non vero intrepidum animum addit, cum e contra usu modico, nec nimis frequenti adhibitum opium, λ υσιμέριμνον i. e. verum curas & sollicitudines solvens, audire poterit. Hinc qui opium juxta MEAD Opp. T. II. p. 182. moderata copia, neque longiore usu adsueti sumserunt, solent ita voluptatis sensu quasi abripi, ut in cœlum sibi videantur positi, qui ipsis loquendi mos est.

§. XV.

§. XV.

Non tantum vero interno multiplici suo usu , opium in morbis maximopere efficax sese præstat , verum etiam externo usu admodum commendabile sese reddit. In cephalalgiis enim nimiis tam idiopathicis , quam sympatheticis , in phrenitide , mania , vertigine , epilepsia , convulsionibus correcta opiate sub forma unguenti , vel emplastri , aut in emulsionem ex sem. papav. alb. intincta linteae , tepide fronti applicata , dolores immanes , spasmosque nimios & suo discutient , & ex voro compescunt. LANGIUS *Epist. Med.* L. I. Ep. 10. arteriis carotidibus medicum peritum medicamenta soporifera retius quam fronti , illinire , ait. In hæmorrhagiis natrum effrenis opii pilulæ in nares intrusæ eandem sistere optime poterunt Ipsas etiam externas vulneratarum arteriarum hæmorrhagias , apposito ad arteriam vulneratam opio restinctas fuisse , HORSTIUS *Obs. Med. sing.* L. IV. Post. P. II. Obs. 12. testis est. In odontalgia pilula ex opio , denti carioso immissa levamen quæsitum affert , in hunc scopum Sotirella parva , officinale electuarium , etiam utilis esse , & Laud. liquid. cum Ra odont. Mysicht . cum goffypio ori inditum , proficuum esse poterit. Podagricos dolores , exterius opio , in unguento illito , etiam subinde sedamus. Umbilico aut scrobiculo cordis sub forma emplastri applicata Theriaca Andromachi , aut aliud opiatum electuarium , hyperemeses & hypercatharses moderari , cardialgias , colicas , tormina ac dysenterias mitigare , certum est. Imo clysmatibus emollientibus , in intestina injiciendis , in extremis doloribus vel laudanum opiatum , aut philonium Romanum a REGNERO DE GRAAF *de Clysterib.* p. 188. additum , vel capita papaveris cum reliquis cocta , & decoctum sub enematis forma injectum , colicos & dysentericos dolores cum fructu saepe mitigavisse , observatum est.

§. XVI.

Sic itaque opium liberius in Medicina in multis magnis-
que morbis tam interius quam exterius adhibendum esse
constat, nam remedia opiate consentiente Celeb. BOECLERO
Cyu. Mat. Med. Herm. T. I. p. 629. magna esse remedia nul-
lum est dubium, cautum autem & prudentem exposcunt
directorem, alias sunt ut gladius in manu furiosi. Ca-
vendum ergo uti WEDELIUS *Opiol.* p. 141. dicit, ne ναρκωτικά
fiant ναρκωτικά. Hoc sequentes cautelas sollicite observando
evitatum iri confidimus.

1. Opium crudum nunquam, nec
cum menstruo ουoso extractum, aut aromatico, narco-
ticove stimulo dotatum, quoddam opii præparatum, sed
fermentatum prius aut ὑa extractum gummosum opium
præbeatur. Sinistri enim plurimi eventus præparatis in-
congruis potius, quam opio correcto, adscribendi sunt.
2. Non in nimis magna dosi, nec ultra gr. 6. j. aut ij. detur,
melius enim est repetitis dosibus idem, quam nimia dosi
simul & semel exhibere, & si noxæ ab opio inductæ fue-
runt, quantitati potius, quam qualitati opii illud tribui
debuit: si etiam effectum quæsitus eodem obtinuimus,
ab ipsius usu rursus, ne in consuetudinem degeneret, ces-
sandum est.
3. Extractum opii melius solutum aut cum
sufficienti vehiculo ὕeo propinetur, quam sub forma
sicca, pilulæ, boli, vel ἔteris exhibeatur, nauseam enim
alias facile ventriculo creat, fibris ipsius adhæret, nec ita
cito in sanguinem abit, ibique effectum suum, quem ta-
men promptum esse volumus, edit: hinc copiose sanguinem
suum per ptisanas, infusa theæformia & juscula diluat
ac humectet, qui opio utitur, æger.
4. In spasmis, dolori-
bus, convulsionibus, febribus acutis, inflammatoriis, ex-
anthematicis, continuis, in hæmorrhagiis quoque nun-
quam opio utatur Medicus, ni V.Snes aliquoties præ-
miserit, cum enim Φeum habeat principium, hac caute-
la neglecta, plethoram commovere, æstum augere, fe-

brem, phlogosin, morbumque graviorem reddere poterit, hinc optime in morbis his cum Datis, camphoratis, & absorbentibus opiata combinantur. 5. In inflammationibus, in gangrænam & sphacelum ruentibus, in aliis etiam morbis, ubi jam conclamatum est, & ubi vires naturæ penitus fractæ sunt, opium, quemadmodum alia etiam efficacissima remedia, non amplius succurrere poterit, hinc ne remedio egregio ab ignara plebe macula inuratur, ne idem diffametur, aliquique ab usu ejus absterrantur, & remedium occidisse creditur, quem vis & nequitia morbi jugulavit, ab eo desistendum est, & in rebus desperatis, uti WEDELIUS l. c. p. 142. bene dicit, ad opium non est fugiendum, sed antequam ad desperationem perventum sit. 6. In febribus, colicis, vomitibus, diarrhoeis, dysenteriis, non nisi purgato prius probe corpore opio locus erit. 7. In infantibus, senibus, mulieribus menstruatis, gravidis, parturientibus, puerperis, phlegmaticis, cachecticis, debilibus personis rarer & parcior opii usus sit. 8. In crisi in morbis imminentibus aut accedente, opii usus non convenit. 9. Si ab opiatu noxa inducta fuerit, emeticum vel catharticum citissime propinandum, sed etiam remediis prompte succurrendum, ejusque vis nimia refrenanda est, \ddagger , succus citri, cydon. m \oplus li in s. q. ptisanæ vel mixturæ adhibitus, omnem noxam ex voto fugabit. Si quis ea, quæ haec tenus diximus, æqua lance ponderebit, is nobiscum opium quidem non temere nimis adhibendum, non tamen etiam timide nimis in Medicina fugiendum esse, concludet.

